



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

F

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

ibid. fol. 224. Theatina, die 20. Iunii 1651. lib. 4. decret. Paul. fol. 151.

Pontifici. S. Congr. Immunitatis 1631.

Exemptio, & Exemptus.

- Nullus potest extrahere delinquentes absque facultate Apostolica (exceptis casibus in Bulla Gregoriana.) Die 30. Ianuarij 1628. in Casentina: *lib. 1. decret. Paul. fol. 78. Romana, die 12. Decembris 1628. ibid. fol. 106. à tergo. Caietana, die 1. Decembris 1637. lib. 3. decret. Paul. fol. 49. à tergo. Neapolitana, die 14. Octobris 1630. lib. 2. decret. Paul. fol. 62.*
- Extractio non permittitur ad effectum examinandi delinquentem. Die 13. Iulij 1638. in Mutinensi: *lib. decret. Paul. fol. 66.*
- In casibus non exceptis in Bulla Gregoriana non licet Iudici Ecclesiastico extrahere reum, & tradere Curie seculari absque incurfu censurarum. Die 19. Maij 1627. in Vallisoletana: *lib. 1. decret. Paul. fol. 49.*
- Extractio non debet fieri per laicos, sed cum assistentia Iudicis Ecclesiastici. Die 11. Augusti 1631. in Catacensi: *lib. 2. decret. Paul. fol. 85. à tergo.*
- Extractus à Curia laicali debet restitui eidem Ecclesie, etiam superuenientibus probationibus super aliis delictis. Die 8. Decembris 1632. in Ianuensi: *lib. 2. decret. Paul. fol. 145. à tergo.*
- Deinde est extrahendus seruatis seruandis, iuxta formam Bullæ Gregorianæ. Die 13. Nouembris 1663. in Mediolanensi: *lib. decret. Roccy, fol. 518. à tergo.*
- Aliquando restitutio extracti fit alteri Ecclesie cum dispensatione Pontificis. Die 29. Nouembris 1634. *lib. 2. decret. Paul. fol. 210.*
- Legatus non habet facultatem extrahendi. Die 8. Aprilis 1630. in Bononiensi: *lib. 2. decret. Paul. fol. 101. à tergo.*
- Legatus non potest extrahere: *lib. 2. decret. Paul. fol. 126. in Ferrariensi.*
- Extrahentes inimicum per vim, illumque extra locum sacrum satellitibus consignantes, incurunt in excommunicationem, & qui suscipiunt, vel damnant, si sciunt extractum fuisse de loco sacro. S. Congreg. Episc. in Neapolitana, 2. Iunii 1620.
- Rei, & condemnati de crimine capitali, post aliquod tempus debent expelli, cautè tamen, ne cadant in fortias Curie. S. Congr. Episc. in Tropiensi, 9. Ianuarij 1601. & in Rossanensi, 20. Iulij 1592.
- Extracti in Ecclesiasticis carceribus constitui debent, donec ab Episcopo cognitum fuerit, an aliquod ex criminibus exceptis commiserint. S. Congr. Episc. in Neapolitana, 30. Septembris 1616. Vide verbo *Immunitas.*
- Si delinquens iniuriôsè extrahatur ab Ecclesia, restituendus est eidem Ecclesie. S. Congr. Episc. Etiam ab eo, qui non extraxit, si detinet. S. Congr. Episc. in Boiensi, 10. Februarij 1604. Non Episcopo, vel alteri Ecclesie, nisi de licentia S. Congregationis. S. Congr. Episc. in Afulana, 14. Maij 1613.
- Nec sufficit, quod Iudex secularis declaret se tenere extractum nomine Episcopi. S. Congr. Episc. in Tortonenfi, 15. Iulij 1617.
- Nec si restitutio fiat cum fideiussione, vel pacto reassignandi. S. Congr. Episc. in Licinensi, 16. Septembris 1622.
- Si tamen reus non fuit extractus seruatis seruandis, sed postea constiterit eum commisisse aliquod ex delictis exceptis, restituitur quidem, sed statim Curie seculari reassignatur. S. Congr. Episc. in Montis Pelusij, 3. Februarij 1604.
- Idem de eo, qui fuit extractus ante licentiam obtentam. S. Congr. Episc. in Regiensi, 23. Aprilis 1602.
- Extrahens reum è loco immuni, incurrit in excommunicationem Gregorij XIV. constitutione 7. latæ sententiæ, quæ de stylo Curie est reseruata Summo
- Clerici Camera, & Protonotarij participant exempti sunt à quolibet alio foro. S. Congr. Episc. in Meliteni, 17. Augusti 1627.
- Subcollector, & Commissarij spoliatorum gaudent exemptione, tam durante, quam finito officio; sed officio finito in criminalibus tantum, ex constitutione Urbani VIII. 2. Iulij 1636.
- Laicus Commissarius fessorum nullo extra Diocessum gaudet priuilegio. S. Congr. Episc. in S. Seuerini, 15. Nouembr. 1604.
- Non prodest familiaritas acquisita post commissum delictum. S. Congr. Episc. in Meliteni, 31. Ianuarij 1620.
- Nec ei, qui actu non seruit. Eadem S. Congr. 18. Maij 1646.
- Exempti renunciare possunt priuilegiis. S. Congr. Episc. in Afulana, 20. Augusti 1602.
- Exemptio à subsidio triennali nemini suffragatur. Paul. III. const. 39.
- Exemptio Ecclesie debet probari non per immemorabilem, sed per scripturas, & instrumenta legitima, ad hoc vt Episcopus teneatur visitare per seipsum: interea verò poterit visitare per alium. S. Congr. Concilij, teste Aldano in comp. can. resol. lib. 3. tit. 1. num. 25.

Exilium.

- Rei mitti possunt in exilium, licet torturam sustineant. S. Congr. Episc. 1. Iunii 1604.
- Factor exilij incidit in penam tiremij. S. Congreg. Episc. in Sutrina, 10. Februarij 1604.
- Pœna contrauentionis reseruatur S. Congregationi, si exilium fuit impositum ab ipsa. S. Congreg. Episc. in Bertinorensi, 7. Nouembris 1601.

F

Factor.

- F**actori Montis Pietatis de iure non competit priuilegium fori, nisi in concernentibus officium. Die 17. Ianuarij 1640. in Reatina: *lib. 3. decret. Paul. fol. 109.*

Falsarij.

- Ex Bulla in Cœna Domini, cap. 6. excommunicantur falsarij literarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis. Item falsarij supplicationum gratiam, vel iustitiam continentium per Romanum Pontificem eo capite signatarum.

Falliti, seu Decoctores.

- Decoctorum bona sunt extrahenda à loco innumi, & consignanda Iudici causæ. Die 29. Decembris 1625. in regesto scripturarum veterum, fol. 74. Ianuensis, die 3. Iunii 1625. *ibid. fol. 59. Dertonensis, die 26. Iulij 1626. in regesto liter. Paul. fol. 26.*
- Ordinarius loci non potest extrahere bona decoctorum absque facultate Sedis Apostolicæ. Die 17. Ianuarij 1628. in Neritonensi: *lib. 1. decret. Paul. fol. 80.*
- Decoctoribus refugiaris solet præfigi terminus, quo elapso, seruatis seruandis, possunt extrahi. Die 11.

D 3

Martij

Martij 1625. in Neapolitana, in *registro scripturarum veterum*, fol. 51.

Non possunt tamen extrahi absque facultate Apostolica. Die 21. Ianuarij 1626. in Panormitana, *ibid.* fol. 90.

Decoctores Regiæ Camere possunt extrahi, & mancipari carceribus Ecclesiasticis, donec integraliter persoluant. Die 18. Iunij 1626. in Neapolitana, in *registro liter. Paul.* fol. 19. Neapolitana, die 9. Octobris 1629. *lib. 2. decr. Paul.* fol. 9. à tergo.

Pœna contra curatos recipientes in Ecclesiis bona decoctorum. Die 15. Iulij 1636. in Nucerina Umbria: *lib. 3. decr. Paul.* fol. 10.

Falsantes literas Ordinariorum.

Promoti ad minores Ordines ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis, sequutà prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fori privilegio non gaudent. Urbanus VIII. constitutione 33. *Securis*, §. 4.

Familia, & Familiares.

Familiaris Episcopi gaudet privilegio fori, & potest deferre arma. Die 1. Iulij 1647. in Montis Politiani: *lib. 4. decr. Paul.* fol. 17.

Familiaris Episcopi titularis gaudet privilegio fori. Die 17. Ianuarij 1628. in Regiensi: *lib. 1. decr. Paul.* fol. 27.

Familiaris Aduocati pauperum non gaudet. Die 6. Maij 1657. in Interamneni: *lib. 5. decr. Paul.* fol. 106. à tergo.

Familiares Cardinalium, & Episcoporum, etiam pro delictis extra officium commissis, gaudent privilegio fori. S. Congr. Episcoporum. 2. Martij 1611.

Quod ampliatur etiam ad familiam laicam Episcopi titularis. S. Congr. Immunitatis 7. Ianuar. 1628. his verbis: *Sacra, &c. censuit, familiam etiam Episcopi titularis gaudere debere privilegio fori; ita tamen, ut conueniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, ubi degunt, non ab Episcopo, seu Archiepiscopo titulari.*

Batoncelli, Magistri Actorum, Notarij, Fiscales, ceterique Ministri Curie Episcopalis necessarij pro regimine Tribunalis, tam in Ciuitate, quàm in Diocesi, gaudent privilegio fori. S. Congr. Episc. in Ostunensi, 6. Augusti 1602. & in Sorana, 25. Aprilis eiusdem anni, & in Messanensi, 16. Septembris 1622. & in Algarensi, 16. Martij 1624. & S. Congr. Immunitatis in Bellicastrensi, 4. Decembris 1629.

Dummodò non sint ab Episcopo excogitati de nouo, putà Commissarius fectorum, Architectus Ecclesiæ, sarcinator paramentorum, & similes. S. Congr. Episc. in Catacenfi, 3. Iulij 1609.

Item sutores, calcearij, & similes artifices Vniuersitatibus, Collegiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis locis pijs, aut Ecclesiasticis inservientes, non gaudent privilegio fori, si suis sumptibus extra dicta loca morientur. S. Congr. Concilij in Tarraconensi, 13. Ianuar. 1618.

Fiscalis, quem Episcopus tenet in aliqua Ciuitate, vel Castro, in quo spirituale, ac temporalem iurisdictionem exercet, tanquam ipsius Episcopi familiaris, gaudet privilegio fori, nec ad personalia Ciuitatis munia tenetur. S. Congr. Episcop. 11. Decembris 1615.

Nec pro debitis, vel delictis, etiam extra officium commissis, capi, carcerari, vel iudicari potest per laicam Potestatem. S. Congr. Episc. in Grossetana, 30. Septembris 1616.

Ad euitandas tamen dissensionum cum seculari Curia

occasionibus, expeditur Episcopum non uti officialibus laicis, præsertim vxoratis. Quia licet de iure regulariter vxor sequatur forum viri, vt declarauit S. Congr. Immunit. 17. Ianuarij 1628. in Neritonensi, in executione tamen non deerunt difficultates. S. Congr. Episc. in Oppidenfi, 25. Iunij 1620.

Et etiam archiui custodiæ debet Episcopus præfigere personam Ecclesiasticam. S. Congr. Episc. in Caratrensi, 26. Augusti 1642.

Priuilegia concessa per sacros Canones ministris, officialibus, vel familiaribus Episcoporum, ita sunt clara, vt in dubium reuocari non valeant, & in materia immunitatis procedendum est per viam censurarum, non capturæ. S. Congr. Episc. 18. Maij 1603. & S. Congr. Immunitatis, 14. Decembris 1626.

Familiares laici Episcopi sunt immunes à laica iurisdictione. S. Congr. Episcoporum, 7. Iunij 1595.

Familiam suam armatam licet Episcopo augere, dum tamen circa numerum, & qualitatem eorum, quos sibi duxerit assumendos, prudenter, & moderatè se gerat. S. Congreg. Concilij, in Agrigentina, 4. Decembris 1627.

Familiares Cardinalium actu seruientes sunt ab Ordinariorum iurisdictione exempti. Leo X. constitutione 10. sub 4. non. Maij 1512.

Et coram Auditore Camere conueniuntur. Iulius II. constitutione 28. 5. Kal. Aprilis 1612.

Familiarem suum triennale, aliàs habilem, potest Episcopus ordinare, conferendo ei statim reipsa beneficium, quacunque fraude cessante. S. Congr. Concilij, teste Armend. in addit. ad recop. leg. Nauarra, *lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episc. num. 45. & 51.*

Famulus.

Famuli Collegij gaudent privilegio fori. Die 23. Septembris 1653. in Perusina: *lib. 5. decr. Paul.* fol. 23.

Famulus Vicarij Generalis gaudet privilegio fori. Die 13. Iulij 1637. in Ferentina.

Famuli Clericorum sunt exempti ab impositione, vt dicitur, *della Testa*. Die 24. Ianuarij 1645. in Rossanensi: *lib. 3. decr. Paul.* fol. 244.

Cardinalium famulis stipendia non conuenta petere prohibuit ab hæredibus Pius V. constitutione 5. *Sanctissimus*. Aliorum verò Romanæ Curie Prælatorum pro biennio tantum, & infra annum à die eorum obitus, Paulus III. constitutione 43. *Cum sicut*.

Farina.

Tumuli 25. assignati pro singulis Clericis in Regno, sunt farinæ, non frumenti. Die 9. Octobris 1628. in Licensi: *lib. 1. decr. Paul.* fol. 107. à tergo.

Informatio circa exemptionem datij farinæ pro Clericis in Regno. Die 20. Februarij 1629. in Oritana, *ibid.* fol. 125. à tergo. Materanensis, die 22. Augusti 1651. *lib. 4. decr. Paul.* fol. 158. à tergo.

Fenestra.

Fenestræ particularium respondentes in aliquam Ecclesiam, claudi debent, maxime si prospectum habeant super altaria. S. Congr. Episc. 5. Iulij 1583. & 29. Octobris 1565. & 4. Iunij 1602. & 6. Nouembris 1648.

Vel respicientes in clausuram monialium. Eadem S. Congr. 15. Ianuarij 1602. Cum cautela tamen, si domus erant monasterij, vel si via est intermedia. Dubium est enim, an de iure cogi possint. Eadem S. Congr. 23. Aprilis 1602.

Festi dies.

Concessio licentiarum laborandi diebus festiuis spectat ad Episcopum. Die 1. Maij 1635. in Rubensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 223. à tergo.*

Debet eam exhibere in scriptis. Die 2. Maij 1629. in Castrensi: *lib. 1. decr. Paul. fol. 134.*

Licentia vendendi diebus festiuis sunt dandæ à solo Episcopo, non autem à Gubernatoribus. Die 11. Martij 1642. in Alatrina: *lib. 3. decr. Paul. fol. 168. à tergo.*

Birruarij Gubernatoris abstinere debent à pignorationibus pro obseruatione dierum festorum. Die 9. Nouembris 1634. in Senogallensi, *lib. 2. decr. Paul. fol. 207.*

Diebus festiuis non permittitur vendi frumentum, nec fieri, vt dicitur, *la Dogana.* Die 6. Februarij 1635. in Auellina, *ibid. fol. 215. à tergo.*

Diebus festiuis non possunt publicari bandimenta laicalia. Die 20. Septembris 1639. in Theatina: *lib. 3. decret. Paul. fol. 102.*

Non pertinet ad Principem, vel Iudicem laicum facere edicta circa festorum obseruationem. S. Congr. Episc. in Vmbriaticensi, 2. Martij 1621.

Quod si fecerint, Episcopus debet edictum promulgare, cuius proœmium sit, esse proprium officium Episcopi edicta, & præcepta facere circa festorum obseruationem, & dare licentiam laborandi in ipsis, vt sic abluatur moribus Iudex secularis quiete recognoscat errorem suum. S. Congr. Episc. in Monopolitana, 13. Augusti 1578.

Multò minus Princeps laicus potest instituire, vel indicare dies festos, vt per suas literas in forma Breuis declarauit Innocentius X. Die 6. Octobris 1653.

In puniendo pro transgressione festorum eos, qui contraveniunt sine licentia Episcopi, datur locus præuentioni inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem. Pius V. constitutione *Cum primum Apostolicus*, §. 7. & S. Congr. Episc. in Theatina, 29. Maij 1582. & in Neapolitana, 22. Iunij 1621.

Quare Episcopus, vel Vicarius dare debent huiusmodi licentias in scriptis. S. Congr. Episc. in Ciuitatis Castellane, 25. Augusti 1615.

Licentia laborandi diebus festiuis non sunt exhibendæ Iudicibus laicis, nec toleranda huiusmodi præsumptio, atque prætenso. S. Congr. Immunitatis, in Castrensi, 2. Martij 1629.

Pœna pro transgressione festorum imponenda debet esse moderata; & si fuerit exorbitans, reduci debet ad arbitrium Ordinarij; & reliquum, si fuerit exactum, restitui. S. Congr. Episcoporum, 1. Aprilis 1596. & in Recinateni, 16. Ianuarij 1601. & in Bellicastrensi, 1. Septembris 1603. & in Cornetanæ, 12. Decembris 1642.

Nec debet excedere quinque, vel sex iulios in loca pia distribuendos, deductâ tertiâ pro executoribus, licet quis deprehensus fuerit in flagranti post publicatum edictum. S. Congr. Episc. in Terracineni, 14. Decembris 1594.

Nec pro pœna debent bona confiscari. S. Congr. in Termoleni, 29. Aprilis 1603. & in Crotonensi, 1. Iunij 1604.

Nam citata constitutio Pij V. de admissione animalium, nisi rigidior, non fuit quoad hanc partem vtu recepta. Vnde S. Congreg. Episc. merces simul cum animalibus pro transgressione festorum confiscatas, seu ablatas restitui mandauit, vt in Camerineni, 11. Augusti 1617.

Datâ tamen idoneâ cautione de soluendo quod ordina-

tum fuerit ab eadem S. Congregatione, vt in Bouinensi, 11. Aprilis 1645. & 14. Decembris 1646. & 11. Ianuarij 1647.

Non obstante, quod animalia fuissent vendita, & eorum pretium distributum, quia ea iussit redimi, ac domino restitui, retentâ aliquâ modicâ pœnâ locis pijs applicandâ. S. Congr. Episc. 15. Iulij 1606.

Festa & Vigiliæ non annunciantur à Regularibus, nisi exerceant curam animarum, vel nisi Parochus consentiat. S. Congr. Episc. 15. Decembris 1603.

Si Episcopus vult instituere, vel manutenere officium Commissarij Festorum, debet pro illo vti persona Ecclesiastica. Eadem S. Congr. 30. Aprilis 1616.

Feudum.

Si Episcopus feudum, seu iurisdictionem secularem haberet, pro ea Vicarium laicum deputare posset, nisi reus sit Ecclesiasticus. Non expedit tamen deputare in huiusmodi feudis Ecclesiasticis Iudices perpetuos, maximè laicos: & quandoque debet Episcopus aliquas causas per se, vel per suum Vicarium cognoscere, vel alijs Clericis, vel laicis delegare. Nam aliàs Ecclesia exponeretur periculo amittendi iurisdictionem illam per vsurpationem laicorum. S. Congr. Episc. in Mantuana, 16. Maij 1581.

Et si Episcopus fuerit solitus deputare Clericos pro administratione Baroniarum suarum Ecclesiæ, debet manuteneri in hac quasi possessione, non obstante contraria pragmatica seculari. S. Congr. Episc. in S. Marci, 23. Aprilis 1607.

In causa feudi Clericus subiicitur dominio directo ipsius feudi, cui etiam iuramentum fidelitatis præstat, & hoc siue agatur iudicio petitorio, siue possessorio eiusdem feudi. S. Congregatio Episc. in Sabaudinensi, 19. Martij 1602. & in S. Angeli, 15. Augusti 1620.

Si tamen deliquerit, non potest ab ipso corporaliter puniri; sed si delictum mereatur priuationem, poterit feudo priuari, nisi feudum sit Ecclesiæ.

Fidei professio.

Ex Bulla Pij IV. 88. *In sacrosancta*, statutum est, vt promouendi ad gradus Doctoratus, Cathedras, vel regimina Vniuersitatum, faciant professionem fidei cum iuramento fidelitatis, & obedientiæ Summo Pontifici, in manibus Ordinarij, seu eius Vicarij secundum formam ibi præscriptam, aliàs promotio est nullius momenti, tam in iudicio, quàm extra.

Filius.

Filius legitimus Clerici ante Clericatum susceptus, gaudet priuilegio fori, durante vita patris. Die 14. Martij 1631. in Calliensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 99.*

Filij Clericorum coniugatorum post mortem patris non gaudent priuilegio fori. Die 18. Nouembris 1653. in Bisignianensi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 30. à tergo.*

Filij Presbyterorum Græcorum mortuo patre, non gaudent priuilegio fori, seclusa consuetudine. Die 4. Septembris 1657. in Rossanensi: *lib. decr. Roccy, fol. 32.*

Filij Clericorum Græcorum viuentes cum matribus viduis, attentâ consuetudine, gaudent priuilegio fori. Die 16. Decembris 1642. in Bisignianensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 191. à tergo.*

An filius Diaconi saluatici gaudeat priuilegio fori? Seruandum est Decretum de Clericis saluaticis. Die 28. Martij 1653. in Vmbriaticensi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 12.*

Franchisia

Franchisia debetur etiam filiis legitimis Clericorum. Die 23. Iulij 1647. in Ortonensi: *lib. 4. decr. Paul. fol. 20. à tergo.*

Filius Cancellarij Mensæ Episcopalis non gaudet priuilegio fori. Die 1. Februarij 1661. in Interamnenfi: *lib. decr. Paul. fol. 313.*

Filij colonorum Mensæ Episcopalis gaudent priuilegio fori. Die 6. Martij 1635. in Vrbeutana: *lib. decr. Paul. fol. 220.*

Filij colonorum Ecclesiasticorum non gaudent priuilegio fori. Die 4. Iunij 1630. in S. Agathæ Gothorum: *lib. 2. decr. Paul. fol. 45.*

Filius Notarij Vicarij foranci non gaudet priuilegio fori. Die 10. Ianuarij 1639. in Firmana: *lib. 3. decr. Paul. fol. 83. à tergo.*

Filius Clerici legitimus ante Clericatum susceptus, durante vita patris, gaudet priuilegio fori. S. Congr. Episc. in Callienfi, 18. Martij 1631.

Dissimulari debet, quod Presbyteri domi teneant suos filios naturales. Nam Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 15.* in qua diu tractatum fuit de hac materia, id non accepit cum tanto rigore. S. Congr. Episc. in Pampilonensi, 4. Septembris 1582.

Et si longè præstaret eos alibi tenere. Eadem S. Congr. 9. Ianuarij 1602. Præsertim dum ex huiusmodi cohabitatione oriuntur scandala, & inconuenientia. Eadem S. Congr. 7. Februarij 1653.

Filius postquam fuit ordinatus, potest donationis sibi factæ in suum titulum liberè, & expedite possessionem capere. S. Congr. Episcoporum. in Alensi, sub die 19. Augusti 1598.

Fiscalis.

Fiscalis tanquam Episcopi familiaris gaudet priuilegio fori. Die 11. Decembris 1615. in Vasonensi, *in regeſto.* Episcopus de iure, vel saltem de consuetudine habet fiscum. Vide suprâ *Damna data, fol. 25.*

Fiscalem deputare spectat ad solum Episcopum, non autem ad Vicarium, præsertim foraneum. S. Congr. Episc. in Spoletana, 5. Iulij 1619.

Qui tamen non debet esse coniugatus. S. Congreg. Episc. in Oppidensi, 25. Iunij 1620.

Fiscali potest assignari pars aliqua pœnarum criminalium; at Episcopus, & Notarij nullo modo ex illis participare debent. S. Congr. Episc. in Ciuitatis Castellæ, 4. Septembris 1595. Vide *Familiaris.*

Si colludat cum parte, vel pro ea patrocinetur, debet remoueri. S. Congr. Episc. 3. Septembris 1655.

Et si habet incerta, non potest prætere salarium. S. Congr. Episc. 15. Ianuarij 1602.

Forus Ecclesiasticus.

Forus qui præuenit in captura, potest procedere, præterquam in censuris. Die 9. Octobris 1640. in Senogallienfi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 133.*

Clericus beneficiatus ante adeptam possessionem gaudet priuilegio fori. Die 6. Iulij 1587. in Romana, *in regeſto.*

Promotus ad Ordines cum collatione vnus beneficij gaudet priuilegio fori. Die 18. Martij 1618. in Romana, *in regeſto.*

Clericus priuatus beneficio non priuatur fori priuilegio, nisi post latam sententiam. In Romana, *in regeſto literarum Paul. fol. 326. à tergo.*

Clerici in sacris constituti, beneficiarij, pensionarij, & Protonotarij, gaudent priuilegio fori. Die 9. Nouembris 1630. in Leodinenfi, *in regeſto.*

Clericus non inseruiens alicui Ecclesiæ, sed incedens in

habitu, & tonsura, qui interest Processionibus, & aliquando in Choro, gaudet priuilegio fori. Die 8. Martij 1628. in Romana, *in regeſto.*

Clerici recusantes frequentare scholas non possunt priuari fori priuilegio. Die 12. Augusti 1631. in Maccratenfi, *in regeſto.*

Clerici reassumentes habitum clericalem gaudent priuilegio fori quoad personam, non quoad bona, si fraus subit. Die 16. Septembris 1630. in Cusentina: *lib. 2. decr. Paul. fol. 58.*

Etiamsi post delictum, & processum Clericatum assumpserint. Die 16. Decembris 1642. in Ianecensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 192.* Rossanensis, die 18. Martij 1631. *lib. 2. decr. Paul. fol. 100.* Papiensis, die 23. Maij 1626. Ciuitatis Castellanzæ, die 18. Februarij 1631. *lib. 2. decr. Paul. fol. 96.*

Clerici non habentes qualitates expressas in sacro Concilio Tridentino non gaudent priuilegio fori. Die 26. Iunij 1629. in Assiensi: *lib. 1. decr. Paul. fol. 141.*

In minoribus constituti gaudere debent exemptionibus Clericis competentibus. Die 11. Augusti 1638. in Montis Regalis: *lib. 3. decr. Paul. fol. 69.*

Abutens licentia fori Ecclesiastici, si sit laicus, puniri potest à Iudice Ecclesiastico, non autem priuatiuè ad Iudicem laicum. Die 15. Ianuarij 1650. in Ciuitatis Plebis: *lib. 4. decr. Paul. fol. 79.*

Fori priuilegio non gaudet ille, cui reseruata fuit pensio vt Clerico, si non incedat in habitu, & tonsura. S. Congr. Concilij, 19. Iunij 1586.

Fori priuilegio gaudet subdiaconus, qui characterem, & habitum clericalem assumpsit post delictum, processum, & fideiussorem de se representando coram Iudice laico, & à iurisdictione Iudicis laici est liberatus quoad personam. Quod si fraus subit, quam Iudex Ecclesiasticus inspicere debet, potest Iudex laicus processui finem imponere, contra illum quoad bona procedendo. S. Congr. Concilij in Papiensi, 23. Maij 1626. & S. Congr. Immunit. in Ciuitatis Castellanzæ, 18. Febr. 1631.

Fori priuilegio gaudent Clerici in sacris constituti, beneficiati, pensionarij, protonotarij, & alia similia officia habentes, & illi, qui per modicum tempus habitum dimiserunt, etiamsi tempore capturæ fuerint reperi in habitu seculari, & illi Clerici in minoribus constituti, non habentes qualitates Concilij *cap. 6. sess. 23. de reform.* quando Iudex Ecclesiasticus præuenit. S. Congr. Concilij in Leodienfi, 9. Nouembris 1630.

Fori priuilegio gaudet promotus ad Ordines cum collatione vnus beneficij redditus duorum scutorum annuorum, qui incedens in habitu laicali cum armis, dum caperetur à birrariis, vnum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit. S. Congr. Concilij in Ianuensi, 18. Martij 1628.

Fori priuilegio gaudet Clericus in minoribus constitutus, Ecclesiæ deseruiens, non tamen ex mandato Episcopi, sed habitum, & tonsuram deferens. S. Congr. Concilij in Valentina, 29. Iulij 1628.

Fori priuilegio gaudet Clericus incedens in habitu, & tonsura, descriptus in catalogo Clericorum, qui in Synodo diocesana obedientiam præstitit Ordinario, & per paucas vices in choro, & in processionibus interfuit, attentis circumstantiis, quamvis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruiat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat. S. Congr. Concilij, in Nullius, 28. Martij 1628.

Fori priuilegio gaudet Clericus, qui ante incarcerationem reassumpserat habitum. S. Congr. Immunit. in Rossanensi, 18. Martij 1631.

Fori priuilegio gaudet de præſenti laicus pro tempore, quo

- quo fuit Clericus. S. Congr. Immunit. in Nullius, 9. Septembr. 1631.
- Fori priuilegio gaudet Subdiaconus, qui in vim dispensationis Apostolicæ cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones Ecclesiasticas obtinet. S. Congr. Concilij, 24. Martij, & 17. Septembris 1618.
- Fori priuilegio non gaudent in ciuilibus Clerici coniugati, tam constitutione Bonifacij VIII. quam decreto Concilij Trid. nisi ubi de crimine etiam ciuilitate ageretur. S. Congr. Concilij, 13. Februarij 1610. & S. Congr. Episc. 10. Febr. 1618. sed eos gaudere in ciuilibus, præsertim in Regno Neapolitano, in quo adeest consuetudo, censuit S. Congr. Immunit. 17. Februarij 1630.
- Fori priuilegio non gaudent illi, qui in accendendis lampadibus, & aperendis portis Ecclesiæ deserviunt. S. Congr. Episc. 18. Ianuarij 1603.
- Fori priuilegio gaudent protonotarij honorarij, etiam si Ecclesiæ non inseruiant. S. Congr. Concilij, 9. Iulij 1626. Nec seruitio alicuius Ecclesiæ adscripti sint, dummodò in habitu clericali incedant. Eadem S. Congr. in Toletana, 27. Martij 1632.
- Fori priuilegio priuari non potest Clericus in minoribus ordinibus constitutus, recusans frequentare scholas, & Ecclesiæ; si tamen esset probabilis spes profectus. S. Congr. Concilij in Materana, 2. Augusti 1631.
- Religiosus, qui commisit diuersos graues excessus, de quibus nunquam voluit emendari, nec penitentiam pro ipsis impositam peragere, fori priuilegio non gaudet. S. Congr. Episc. 22. Ianuarij 1596.
- In omni tamen casu necessarium est, vt monitus non resipuerit, & sequuta sit declaratio per Iudicem Ecclesiasticum competentem facta de incorrigibilitate. S. Congr. Episc. in Papiensi, 8. Decembris 1597.
- Clerici publicè, & personaliter macellum, vel caupnam tenentes, carnesque cadentes, & vendentes, si nominatim, & tertio moniti non desistant, vel si desistant, & postea reuertantur ad idem, perdunt ipso facto priuilegium clericale. Quod etiam intelligendum est de qualibet arte mechanica, maxime si Clerici sunt tantum in minoribus constituti. S. Congr. Episc. in Bisignianensi, 6. Octobris 1628.
- Clericus assassinus fori priuilegio non gaudet. Non habet tamen Index laicus iurisdictionem vllam in talem Clericum ante sententiam declaratoriam, quæ non à seculari, sed ab Ecclesiastico Iudice fieri debet. Clemens VIII. *const.* 37. §. 3. & S. Congr. Episc. 18. Decembr. 1595. & 14. Februarij 1601.
- Clericus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, fori priuilegio non gaudet, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat: quod tamen ante 14. annum inceptum non potest obtinere, nisi in fundatione sit cautum, quod illud ante 14. annum obtineri possit; quia tunc non censetur per Concilium tali fundationi derogatum. S. Congreg. Episc. 16. Maij 1596.
- Requiritur tamen mentio expressa de hoc. Eadem S. Congr. in Tridentina, 18. Septembris 1655.
- Vt Clerici non habentes huiusmodi requisita amittant priuilegium fori, nulla requiritur monitio, sed sufficit declaratio, præuia citatione ad dicendum causam, quare, &c. S. Congr. Concilij in Liciensi, 7. Septembris 1624.
- Si Clericus non seruiat, priuilegio fori non gaudet, licet haberet pensionem. S. Congr. Concilij, teste Garzia p. 1. c. 5. num. 70.
- Clericus pensionarius gaudet priuilegio fori, licet ex dispensatione Apostolica non incedat in habitu. S. Congr. Concilij 26. Iunij 1630.
- Eti Religionem militarem ingrediatur, ac profiteatur, non priuatur ipso facto pensione, neque priuilegio fori, licet incedat ense accinctus, habituque militari indutus. S. Congr. Concilij, 20. Augusti 1633.
- Clerici trahi possunt ad forum laicalem tutorio nomine, quando sunt tutores pupillorum laicorum. S. Congr. Episc. 23. Aprilis 1607.
- Si constat, licentiam ab Episcopo, quamvis oretenus, fuisse concessam Clerico, vt studeret in aliqua publica Schola, vel Vniuersitate, vtique gauderet priuilegio, non tamen sufficeret promissio, vel licentia tacita. S. Congr. Concilij, 15. Martij 1621.
- Sufficit etiam licentia tacita. Eadem S. Cong. 5. Martij 1618.
- Habens beneficium, licet exiguum, gaudet fori priuilegio, quamvis solum titulum habeat, quia scilicet nondum possessionem accepit. S. Congr. Episc. in Liciensi, 20. Aprilis 1621.
- Nisi huiusmodi beneficia exigua sint procurata in fraudem. S. Congr. Concilij 13. Ianuarij 1623.
- Sufficit ad hoc, ne quis priuilegium propter non delationem habitus amittat, si eo vestium vtatur genere, vt visus à Populo Clericus iudicetur. Iudicium autem, an aliquis sit Clericus, vel an habitus sit clericalis, ab Ecclesiastico Iudice ferendum erit. S. Congr. Episc. 8. Aprilis 1603. & 15. Aprilis eiusdem anni.
- Oblati an, & quando fori priuilegio gaudeant? Vide verbum *Oblati*.

Franchisia.

- Taxa tumulorum pro franchisia assignata in Regno Sacerdotibus, Clericis, & in sacris, & in minoribus. Die 27. Aprilis 1632. in Cusentina: lib. 2. *decr. Paul. fol. 123.*
- Clericis datur franchisia 12. tumulorum, donec probent consuetudinem. Die 22. Maij 1663. in Neritonensi: lib. *decr. Roccy, fol. 481.*
- Personæ Ecclesiasticæ non possunt donare medietatem franchisæ sibi competentem. Die 12. Decembr. 1645. in Salernitana: lib. 3. *decr. Paul. fol. 267. à tergo.*
- Clerici pauperes possunt vendere franchisiam eisdem assignatam. Die 6. Maij 1631. in Oritana: lib. 2. *decr. Paul. fol. 77. à tergo.*
- Clerici habere debent suam integram franchisiam. Die 21. Martij 1646. in Sulmonensi: lib. 3. *decr. Paul. fol. 276. à tergo.*
- Etiā respectu colementium bona Ecclesiæ. Die 25. Iunij 1634. in Rouinensi: lib. 2. *decr. Paul. fol. 229.*
- Ecclesiastici gaudent franchisia, etiam pro coniunctis, & familiaribus. Die 27. Aprilis 1632. in Cauenensi: lib. 2. *decr. Paul. fol. 123.* Teramenensis, die 22. Augusti 1662. lib. *decr. Roccy, fol. 417.*
- Sacerdos quamvis absens, debet gaudere solita franchisia sibi competente. Die 26. Ianuarij 1644. in Vulturanenensi: lib. 3. *decr. Paul. fol. 20. à tergo.*
- Clerici, quamvis absentes, debent gaudere franchisia sibi competente. Die 25. Maij 1634. in Basileensi: lib. 3. *decr. Paul. fol. 61.* Boianensis, die 30. Iunij 1643. *ibid. fol. 203.* Salernitana, die 2. Iulij 1630. lib. 2. *decr. Paul. fol. 49.*
- Vide verbo *Immunitas*.

Frumentum.

- Ecclesiastici non debent impediri asportare frumentum, si non adsit indigentia Ciuitatis. Die 22. Ianuarij 1629. in Assisienti: lib. 1. *decr. Paul. fol. 121.*
- Gubernator Marchiæ non potest eos impedire. Die 10. Decembris

Decembris 1647. in Auximana: *lib. 4. decr. Paul. fol. 35.*

Impedientes extractionem frumenti Ecclesiasticorum excommunicantur. Die 22. Ianuarij 1629. *lib. 1. decr. Paul. fol. 122. in Eugubina.*

Ecclesiastici non possunt cogi, vt eorum frumenta contribuant pro abundantia annonæ. Die 18. Maij 1649. in Ciuitatis Castelli: *lib. 4. decr. Paul. fol. 78.*

Perquisitio frumentorum in locis immunibus non potest fieri à laicis. Die 15. Decembris 1648. in Florentina. *ibid. fol. 66.*

Assignationes frumenti sunt dandæ Ordinario loci, sed cognitio super fraudibus potest fieri à Gubernatore, si habeat facultatem. Die 10. Decembris 1629. in Assiensis: *lib. 2. decr. Paul. fol. 4.*

In casu etiam penuriæ, *le rassegne delle biade*, sunt faciendæ Curia Ecclesiasticæ. Die 14. Ianuarij 1630. in Ciuitatis Castelli. *ibid. fol. 23.*

Ecclesiastici non tenentur consignare frumentum Principi laico. Die 18. Augusti 1637. in Casalensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 39. à tergo.*

Nec denunciare frumenta Iudici laico. Die 19. Iunij 1592. in Ferrariensi. *in regesto.*

Monasterium Carthusiæ Ferrariensis eximitur à gabella pro frumento vendito. Die 28. Nouembris 1634. in Ferrariensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 209.*

Vltra vsum vnius anni pro familia propria emi prohibuit Pius V. *const. 19.* Excommunicatio tamen hodie non incurritur, quia sublata fuit ab Urbano VIII.

Furnus.

Episcopus potest aperire furnum ad effectum di *fare spianare il suo grano*. Die 14. Decembris 1649. in Vrbinate: *lib. 4. decr. Paul. fol. 96.* Nucerna, die 25. Ianuarij 1650. *ibid. fol. 98.* Forosempronienfis, die 23. Augusti 1633. *lib. 2. decr. Paul. fol. 168.*

Ecclesiastici non possunt cogi ire ad certum furnum. Die 13. Iulij 1637. in Fanensi: *lib. 3. decret. Paul. fol. 37.*

Furnus Ecclesiasticorum gaudet exemptione. Die 20. Martij 1630. in Nuscana: *lib. 2. decr. Paul. fol. 33. à tergo.*

Clerus potest habere furnum proprium, eoque vti, seu locare personæ sibi bene visæ. Die 9. Martij 1632. in Eugubina. *fol. 116. à tergo.*

Nuncius Neapolitanus prouideat circa furnos Regularium, vt illis vtantur pro suo vsu tantum. S. Congr. Immunit. 4. Decembris 1628.

Furiosus.

Novitia furiosa debet remitti domum. S. Congr. Episcop. 7. Aug. 1607.

Professa verò secus. Eadem S. Congr. 25. Iunij 1601. & 15. Nouembris 1588.

Fur.

Furans in Ecclesia gaudet immunitate Ecclesiastica, sed puniri potest. Die 18. Martij 1631. in Squillacensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 100.*

Furans pyxidem, in qua actualiter asseruatur Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, non gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 2. Iunij 1632. in Squillacensi. *ibid. fol. 128.*

Furans vota argentea in Ecclesia, damnatur ad tritremes. Die 21. Nouembris 1635. in Placentina: *lib. 2. decr. Paul. fol. 238. à tergo.*

Committens furtum in Ecclesia gaudet immunitate,

non tamen respectu Iudicis Ecclesiastici. S. Congr. Episc. 18. Martij 1603.

G

Gabella.

Clerici in minoribus gaudere debent exemptione à gabellis. Die 10. Nouembris 1638. in Montis Alti: *lib. 3. decr. Paul. fol. 78. à tergo.* Florentina, die 13. Iunij 1640. *ibid. fol. 119. à tergo.* Camerinenfis die 17. Ianuarij 1628. *lib. 1. decr. Paul. fol. 80.*

Ecclesiasticæ personæ non tenentur ad gabellas absque licentia Sedis Apostolicæ. *In regesto.* in Matheranensi.

Ecclesiastici non possunt grauari à pratensa gabella Communitatis. Die 16. Iulij 1627. in Vrbinate: *lib. 1. decr. Paul. fol. 57.*

Clerus secularis, & regularis eximitur à gabellis à laicis impositis. Die 1. Decembris 1627. in Parmensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 51.* Vicentina, die 25. Maij 1638. *ibid. fol. 63.* Mutinensis, die 21. Martij 1625. *ibid. fol. 24.* Senogallienfis, die 2. Maij 1629. *lib. 1. decr. Paul. fol. 136.* Recanatenfis, die 22. Iunij 1655. *lib. 5. decr. Paul. fol. 68. à tergo.* Ciuitatis Castelli die 5. Martij 1652. *lib. 4. decr. Paul. fol. 177. à tergo.*

Etiam à gabella, vt dicitur *de contratti*. Die 9. Aprilis 1647. in Reatina. *ibid. fol. 11. à tergo.*

Clerici non tenentur ad gabellam impositam super pascua animalium. Die 31. Ianuarij 1628. in Laquedonensi: *lib. 1. decr. Paul. fol. 82.*

Clerici gaudent exemptione fructuum in bonis etiam eisdem donatis. *ibid. fol. .*

Clerici non tenentur ad solutionem gabellæ carnis. Die 30. Maij 1628. in Asculana: *lib. 1. decr. Paul. fol. 94.*

Clerici, etiam si non inseruiant Ecclesiæ, eximuntur ab oneribus personalibus. Die 6. Martij 1635. in Aprutina: *lib. 2. decr. Paul. fol. 218.*

Ecclesiastici non tenentur ad onera ad fauorem Principis. Die 18. Augusti 1637. in Casalensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 39. à tergo.*

Nec tenentur ad solutionem oneris nuncupati *il Tasso*. Die 9. Iunij 1636. in Casalensi: *ibid. fol. 33.*

Clerus secularis eximitur à gabellis laicalibus. Die 31. Maij 1659. in Placentina. *lib. 3. decr. Paul. fol. 93.*

Clerus non potest sponte soluere gabellas à laicis impositas. Die 15. Iunij 1638. in Vicentina: *lib. 3. decr. Paul. fol. 65.* Andrian, die 27. Septembris 1632. *lib. 2. decr. Paul. fol. 138.*

Bona data Clericis in Regno Siciliae quomodo sint exempta à gabellis, & quando teneantur soluere. Die 24. Ianuarij 1623. in Sicilia. *in regesto scripturarum veterum, fol. 16.*

Gabella non soluitur in transportatione Cadaveris ab vno ad alium locum. Die 10. Iunij 1653. in Firmana: *lib. 5. decr. Paul. fol. 16.*

Emphyteuta Ecclesiasticorum gaudet exemptione ab oneribus Communitatis. Die 27. Maij 1654. in Imolenfi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 141. à tergo.*

Clericus, quamvis absens, gaudet exemptione à gabellis. Die 2. Iulij 1650. in Salernitana: *lib. 2. decr. Paul. fol. 49.*

Clerus non tenetur soluere gabellam impositam super tumulis frumenti. Die 11. Septembris 1634. in Lacerina. *ibid. fol. 201.*

Seruientes Ecclesiis non tenentur ad gabellam panis non ingabellari. Die 30. Decembris 1636. in Bouinensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 14.*

Gabella